



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

23. An Abbates possint consecrare Calices, Altaria, Ca[m]panas, &
benedicere lapides, Picides, & aloa vasa Ecclesiastica, non solum ad usum
suaru[m] Ecclesiarum, sed etiam alienarum? Et notatur quod ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

num. 11. vers. quia tamen part. 1. & dicta decis. 87. part. 4. recent. ac iterum cum eisdem in Ciuitate Messanae anno 1642. ut patet ex litteris Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Praenotfratensibus hic in Vrbe. Ac demum cum Praesbyteris saecularibus Sancti Caroli Borromei in Ciuitate Neapolis, ut apparet ex decreto eiusdem Sacrae Congregationis sub die 16. Februarij 1643. Huc usque Sacra Rota. Ex quibus apparet contra Brunum; non esse verum quod hodie in constituendis Conuentibus non obseruatur spatium canarum antiquitus praescriptum, & quod peius, ait ita fuisse decumum a Sede Apostolica, quod falsum esse patet ex Decisionibus Rodriquez, & Declarationibus Sacrae Congregationis, ut visum est supra.

16. Nota hic obiter, Peregrinum *vbi supra*, in *Scholio*, docere, Priuilegio Pij IV. concessio Societati die 13. Aprilis 1561. posse nos Clericos Regulares vti contra alios ordines, dicta tamen Societas Iesu, & alij Ordines vti non possunt contra nos: quia fundantur in negatione praedicti; Nobis autem qui neque ex redditibus, neque mendicando viuimus, sed ex sponte oblati, & maxime a vicinis, fit praedictum, & propterea nos non comprehendit, comprehendit tamen Mendicantes, quia possunt a longe ultra viciniam mendicare. Nec obest nobis dictio *taxatiua*, tantum, quae est in hoc priuilegio Gregorij XIII. quia illa non obstante, possumus gaudere eorum priuilegijs, etiam cum clausula communicationis prohibitiua, per priuilegium Gregorij XIV. Congregationis Sancti Bernardi Hispan. concessum, & nobis communicatum. Ita Peregrinus.

RESOL. XXI.

An Regulares possint mutare conuentum de loco v.g. non sano, vel incommodo ad alium saniores, vel commodiores sine licentia Episcopi? Ex part. 3. tract. 2. Refol. 136.

Sap. hoc in Ref. praerogata §. Item decis. Sed lege eam per totam.

§. 1. Quid ad istam mutationem requiratur noua licentia Episcopi, docet Emanuel Rodriq. in *quest. Regul. tom. 1. quest. 23. art. 7.* & Portel in *dubijs Regul. verb. Monasterium, n. 5.*

2. Verum notandum est, quod Sixtus V. concessit Generali sancti Benedicti, quod in Capitulo Generali de consensu Capituli possit mutare Conuentus de locis incommodis ad locos commodiores, non petita licentia Episcopi, cum ceteris ibi contentis, & id ipsum concessit Sixtus IV. Minoribus. Nec priuilegijs derogatur per Concilium Tridentinum, nam loquitur tantum de noua erectione, & aedificatione domorum, non autem de mutatione. Et haec omnia docent Miranda in *manual. Pralat. tom. 1. quest. 33. art. 2.* Portel *vbi supra, numer. 7.* & in *addit. eodem verb. numer. 3.* & nouissime post illos Hieronymus Rodriq. in *compen. quest. Regul. resol. 55. num. 4.*

RESOL. XXII.

An Regulares possint exhumare cadauera, & in alio loco eiusdem Ecclesiae transferre, sine licentia Episcopi?

Et an hoc intelligatur de corporibus perpetua sepulture traditis, & de transiatis de vna ad aliam Ecclesiam, & secus quando sunt deposita, seu ad tempus seruata in vna, ut postea transferantur de vno loco ad alium eiusdem Ecclesiae, vel si corpus defuncti fuit Regularibus datum, ut illud ponerent ipsi, vbi cumque voluerint? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 120.

§. 1. Notandum est, quod corpora defunctorum non possunt exhumari, & transferri de loco in locum sine Episcopi licentia, ut definitur in *cap. corpora sanctorum, de consec. dist. 1. l. si necesse, l. vno humanum, Cod. de relig. & sumpt. funer. quod certe intelligitur, ut recte obseruat Hieronymus Rodriquez in *compen. 99. Regul. resol. 127. num. 25.* de corporibus perpetuae sepulture traditis, & de translatis de vna ad aliam Ecclesiam, secus quando sunt deposita, seu ad tempus seruata in vna, ut postea transferantur de vno loco ad alium eiusdem Ecclesiae, & ita etiam docet Villalobos in *summa tom. 2. tract. 31. diffinit. 6. n. 4.* vbi sic ait. [Es licito trasladar los cuerpos de los finitos, que estan depositados de vna Iglesia a otra, o de vn lugar a otro, en la misma Iglesia; mas no lo es quando estan perfectamente sepultados, esto es, que no estan depositados sin licentia del Obispo.] Ita ille, vbi etiam notat *num. 5.* [que Leon X. concedio que los Prelados de la orden de los frayles menores de obediencia, pueden desenterrar de sus Iglesias y Capillas los cuerpos de los defunctos, y trasladarlos a otras sepulturas de las mismas Iglesias, con consentimiento de los que fueren interressados, gozan deste priuilegio la demas ordenes, que gozan de nuestros priuilegios.] Sed hoc priuilegium intelligo de corporibus positis in aliqua Capella particulari, & propria saecularium, vel in alio aliquo loco electo pro corpore defuncti a consanguineis, vel amicis, secus autem si corpus defuncti fuit Regularibus datum, ut illud ponerent ipsi vbi cumque voluerint, nam in isto casu sine vlla licentia, neque Episcopi, neque consanguinei possunt exhumare, & ad alium locum eiusdem Ecclesiae transferre. Et ex his patet responso ad dubitationem positam.*

RESOL. XXIII.

An Abbates possint consecrare Calices, Altaria, Campanas, & benedicere lapides, Pixides, & alia vasa Ecclesiastica, non solum ad vsum suarum Ecclesiarum, sed etiam alienarum?

Et notatur, quod priuilegio concessio Abbatibus quoad supradicta, non possunt perfrui alia Religiones priuilegium etiam habentes communicationis. Ex p. 3. tr. 2. Refol. 15.

§. 1. Negatiue respondent Suarez de *Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 30. num. 8.* Marianus Antonius Maceratenis *lib. 2. resol. 112. cas. 3.* Aloysius Riccius in *praxi, tom. 1. resol. 461. num. 2.* Piafescius in *praxi, part. 1. cap. 2. art. 4. n. 14.*

2. Sed haec opinio vera est, stando in iure communi, ut patet ex *cap. Abbates, iuncta glossa in verborum consuetudine, de priuileg. in 6.* Verum ex consuetudine fundata in priuilegio Innocentij VIII. contrariam sententiam docent Barboza de *potest. Episc. part. 2. allegat. 26. numer. 36.* Miranda in *man. Pralat. tom. 1. quest. 40. art. 4.* Portel in *dubijs Regular. ver. Abbat. n. 3.* Rodriq. in *summa tom. 3. cap. 19. n. 2.* & nouissime Alcanius Tamburin. de *iure Abbat. to. 1. dist. 23. q. 13.* qui

De Dubiis Regularium. Resol. XXIV. &c. 17

qui adducit verba privilegij dicti Innocentij Papæ, & idè sic asserit: Abbatibus non est interdictum campanas ad vsum alterius loci consecrare, vt docet communis praxis, & consuetudo. Videmus enim actu Abbates habentes vsum Pontificalium, consecrare campanas vpedecumque ad eos ad hunc effectum delatas. Et idè dicendum puto de Altaribus portatilibus, de corporalibus, & vestibus, &c. Ita Tamburinus. Vide etiam Riccium, virtum quidem doctum, sed in hoc sibi contrarium in collect. part. 4. col. 955. qui malè citat pro hac sententia Maceratem.

3. Quoad consecrationes campanarum etiam idè dicendum est ex privilegijs Urbani II. & Pauli III. quæ referuntur à Tamburino *vbi supra* q. 12. & à Renato Chopino in *Monast. lib. 1. tit. 2. num. 18.* Ex quibus omnibus privilegijs sententiam in fauorem Abbatum tenuit Sacra Cardinalium Congregatio, vt testatur noster Pater Naldus in *sum. ver. Abbas, num. 2.* vbi sic asserit: Abbas benedictus mitræ, & baculi pastoralis vsum habens, ex Sacra Congregationis declaratione non potest se ingerere in illis benedictionibus, in quibus vnctio requiritur. Dubitatum verò fuit, an huiusmodi declaratio, seu prohibitio, sit intelligenda de omnibus Abbatibus etiam Regularibus, & qui gaudent privilegijs amplissimis, pro benedictionibus altarium, calicum, & huiusmodi, & eadem Sacra Congregatio, instante Procuratore Generali Congregationis Casinensis, & exhibente summarij privilegiorum, & gratiarum eiusdem, declarauit in hæc verba, videlicet Decisionem, aliàs à se editam, vt Abbates vtrumque benedicti, benedicere non possint ea, in quibus vnctio requiritur, non ob stare quominus iidem prædicte benedictionis munus quoad ea, in quibus vnctio requiritur, impendere queant, si specialibus Sedis Apostolicæ privilegijs, quibus Concilium Tridentinum nequaquam derogat, muniti fuerint. Datum Romæ die 10. Nouembris 1614. Hæc omnia Naldus.

4. Notandum tamen est cum Miranda *vbi supra* quod si prædicto privilegio non perfruuntur, nec perfrui possunt aliæ Religiones, privilegium etiam habentes communicationis. Nam prædicti Abbates sunt benedicti, & in suis domibus & Monasterijs habent iurisdictionem, quasi Episcopalem, & secundum ius, ac privilegia multa sibi conceduntur, quæ non continentur, nec conceduntur Prælati aliarum Religionum, quod est multum notandum, ac memorie commendandum; nam in his, & similibus non fit communicatio, cum non militet eadem ratio.

RESOL. XXIV.

An Prælati nostræ Religionis, & aliarum possint benedicere paramenta, non solum nostrarum Ecclesiarum, sed etiam exterarum? Exp. 3. tr. 2. Ref. 40.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Peirinus de *Relig. tom. 1. c. 5. §. 1. July 11. §. 19. n. 44.* Rodr. in *qq. Regul. tom. 1. q. 36. art. 2.* Miranda in *manuali Prælatorum, tom. 1. q. 40. art. 1.* & in nostris privilegijs part. 1. tit. *Benedicere.* §. 2. sic habetur. Præpositi nostræ Congregationis, & in eorum absentia quilibet habens principale regimen cuiuscumque nostræ domus, & Ecclesiæ, possunt solemnem benedictionem benedicere paramenta, corporalia, ornamenta, & alia quæcumque ad diuinum cultum pertinentia, vnde cumque eis delata, etiam ad vsum nostrarum Ecclesiarum non pertinentia. Innocentius VIII. S. Iustinae de Padua, vt habet *Tom. V. II.*

betur in compendio Societ. Iesu, *si benedicere. s. 4. & in compendio Minorum eodem titulo.* & notat Cabbacin. in *suis Adnotat. in benedicere Ecclesiastica.*

2. Sed his non obstantibus Bartholomæus Gauantus in *comment. rubr. Missal. tom. 1. part. 4. tit. 19. n. 21.* adducit Decretum sacra Rituum Congregationis die 24. Augusti 1609. quo cauetur, Prælatos Regulares non posse benedicere paramenta Ecclesiarum sibi non subiectarum, sed aliqui asserunt de hac responsione non constare authenticè, & Tamburinus Romæ editus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 2. q. 2. n. 2.* putat si prædictum Decretum Congregationis procedere seculi consuetudine, & vfu dictorum privilegiorum.

3. Verum, iterum Gauantus *vbi supra*, in noua editione n. 22. asserit sacra Congregationem die 18. Augusti 1629. abrogasse dictam consuetudinem.

RESOL. XXV.

An saltem Generalis Religionis possit præcipere subdito, vt Episcopatum acceptet? Exp. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 33.

§. 1. Pro parte affirmatiua faciunt quædam verba Sancti Magistri in 2. 2. q. 85. art. 2. ad 3. vbi ait, votum emittentem teneri obedire Superiori Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum. Item docet Richardus *quod. 3. q. 2. 1.* D. Antonin part. 3. tit. 20. c. 2. §. 6. Angelus *verb. Electio, n. 30.* & ibi Armilla n. 37. Syluester q. 19. & alij. Deinde confirmatur, Prælati Religionis potest obligare subditum ad acceptandum beneficiũ habens adiunctã curam animarum, Ergo & Episcopatum, videtur enim æqualis ratio.

2. Sed his non obstantibus ego prorsus negatiuam sententiam tenendam esse puto. Ratio est, quia Religiosus tenetur obedire Prælato in iis quæ sunt secundum Regulam. At fieri Episcopum non est secundum regulam, nec ad regularem vitam pertinet, immo ab illa eximit, & prorsus contra rationem est, posse Prælatum id subdito præcipere, per quod ille ab eius obedientia eximitur.

3. Tum quia potestas, quam habet Prælati Religionis ordinatur per se ad commune bonum Religionis, aut bonũ particulare subditi, nec ex vi officij habet communi Ecclesiæ necessitati providere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonũ Religionis aut subditi, sed ad commune bonum Ecclesiæ, ergo.

4. Tum etiam quia Prælati secundum D. Bernardum in libro de præcepto, non potest augere votum subditi sui, at in promotione ad Episcopatũ valde augetur votum Religiosorum, cum ascendat ad dignitatem altioris perfectionis, & extra ordinem Religiosus inuitus trahatur. Igitur dicendum est non posse Generalẽ alicuius Religionis præcipere alicui Religioso subdito, vt acceptet Episcopatum; quia nec illa est materia voti obedientiæ; vt probatum est, nec iurisdicctio Generalis ad hoc extenditur, quia non est proportionata materia obedientiæ, & vitæ regulari; vnde solum Generali demandata est cura suæ Religionis, non autem vniuersalis Ecclesiæ, ad quem spectat Episcopatum prouisio. Et ita nostram sententiã docet ex Dominicanorum familia Pater Lud. Lopez in *instru. Sacerdot. part. 1. c. 56.* E societate P. Suarez de *Relig. tom. 3. lib. 10. c. 10. n. 22.* & Pater Sanchez in *summa. tom. 2. lib. 6. c. 2. n. 49.* Castrus Palau *tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 5. n. 1.* quibus adde etiam Fatium in *thesauro Religiosorum. lib. 6. q. 95.* vide etiam Layman *lib. 4. tract. 5. cap. 9. num. 10.*

5. Nec obstant in contrarium adducta, nam ex rationibus allatis dicendum est nomine Prælati D.

B 3 Thomam